

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Arborem scientiae boni et mali, protoplastis interdictam  
ex Gen. II,17**

**Mayer, Johann Friedrich  
Ziegra, Georg David**

**Vitembergae, 1718**

§. 20.

[urn:nbn:de:bsz:31-130464](#)

§. 19. Ex quibus hactenus dictis satis, ut opinor, Praecepti hujus videre est qualitas, & quam facile fuisset primis nostris parentibus ipsi, utpote haud gravi, obedire, summaque cum voluptate Deo inservire, & quam nullatenus in Deo querenda sit Lapsus causa. Facillimum enim fuisset in tanta integritate Naturae & magna ciborum copia ab unica arbore, reliquis omnibus & fortassis etiam ejusdem speciei, etsi in aliis individuis, concessis, in honorem Dei abstinere, veluti Rupertus monstrat Lib. 2. in Gen. cap. 30. & Augustinus Lib. 8. de Gen. ad lit. c. 13. Qvia vero Legis proprium est obligare vel ad obedientiam, vel ad penam, ideo Legi sue Deus addidit comminationem, quando ait: *Quocunque die comeaderis ex arbore scientie boni & mali morte, seu, moriendo morieris;* sive enim vocem Ηετ nominaliter, sive gerundive exprimas, parum interest: nec erroris accusandi Graeci sunt codices, quod plurali utantur moriendo vocabulo; dubium namque nullum, quin Eva interfuerit dato huic precepto & penali interdicto. Nuge autem, quod omnes animae humanae illico a primordio mundi ante corpora creatae, huicque interfuerint mandato, ceu Iudei fabulantur. Sic enim Menasse ben Israel Lib. de Creat. p. 61. Communis opinio est omnium Hebreorum, animas humanas praesuisse corpora. Hinc ad Deut. 20, 14. *Neque vobiscum solis ego pango fædus meum &c.* sic commentatur Rabbini: *כל הנשמות שהוו בָּן אָרֶם* כו' העולות כלם נבראו בשות ומי הראשון ושהיו עד סוף תורה שנ' כי את אשר ישנו בראשית וכלהן בנן ארן וכלהן במתן תורה שנ' כי את אשר ישנו פה עטנו עמר חיות ואות אשר אננו פה עטנו דורות: i.e. Omnes anime, que fuerunt ab Adamo, & que futura sunt usque ad consummationem mundi, omnes illae fuerunt create a diebus creationis, omnesque in horto Edenis fuerunt, & dono legis interfuerunt: sic enim dicitur; cum eo qui astat nobiscum hodie, & cum eo qui non est nobiscum hodie. Idem quoque cum Menasse docet R. Abarbenel ad locum Jerem. 1. v. 5. & docetur in Medrasch Tillim & Jalkut ad Psal. 139. nec non in Massech. Chagiga cap. 2. de eodo loco.

§. 20. Nonnulli Ebraeorum, quos refert Paulus Fagius in suo פירוש, dicunt hac reduplicatione מות ה'מוות duplum mortem, anima & corporis, indicari, sed ipse argutias esse opinatur,



quum

על רַךְ פִּשְׁתָּה juxta simplicem sensum, lingua sanctam, hoc  
proprietate loquendi, significetur certitudo, vobementia & acceleratio,  
ut sensus sit: omnino & certissime, quin & omni ratione horribili mo-  
rieris, perinde ut 1. Reg. II, 37. יְלֹעַ תְּרֻבָּה סֹתֶת חֲמֹתָה indubie  
scias, te certo certius moriturum & Gen. 37, 33. טְרוֹף טְרוֹף discerpen-  
do discerptus est Joseph, h. e. crudeliter, vel omnino, certoque discer-  
ptus est. Vide etiam loca Exod. 19, 12. 13. Num. 11, 32. c. 26, 65. i.  
Sam. 22, 16. 2. Sam. 12, 14. c. 14, 14. Et. & Conf. Vatenum l. c. p. 165.  
Glassium l. c. can. 37. p. 350. Flacium in Clave Script. col. 673. Et.  
Statuunt enim Ebræi, Adamum utraqve morte, tam spirituali,  
quam corporali, a Deo punitum esse: אֵילוּ הַבָּשָׂר חֹטָא בְּלֹא  
רָוח מְרוּעַ הַנֶּפֶשׁ נָעֵשָׂת וּכְיֵזֶר חֹטָא זה נָעֵשָׂת  
רָוח מְרוּעַ הַנֶּפֶשׁ נָעֵשָׂת וּכְיֵזֶר חֹטָא זה נָעֵשָׂת  
אֵלֶּה אֶלְאֶת כִּי הַרְבָּר שְׁנָחוֹת חֹטָא כְּחַדְרָה  
caro peccat absque anima, cur anima punitur? num aliud est quod  
peccat, aliud quod punitur? quin potius sic se res habet, quod ambo  
una peccent.

§. 21. Grotius in b. l. verba morte morieris interpretatur: vires tua  
sustentata ante per arborem vita deficunt: quæ via est ad mortem.  
Sed glossa hæc si locum haberet, nil nisi privationem arboris vita De-  
us misaretur, quam ad virium sustentationem concedere nollet  
amplius, ut natura & sponte seqvutura sit non tantum virium defi-  
cientia, sed ipsa etiam mors. Hausta hæc e Pelagianorum lacunis  
est expositio, qvi, ut de his Augustinus Tom. VI. de Haresibus, bar.  
88. lit. D. ait, *Ipsum quoque Adam dicunt, etiam si non peccasset, fuisse*  
*corpore moriturum, neque mortuum merito culpa, sed conditione na-*  
*ture: Et Tom. II. Epist. 106. p. 185. lit. B. inquit: Obiectum est enim*  
*eum nempe Pelagium, dicere; quia Adam sive peccaret, sive non pec-  
care, moriturus esset. Qvos seqvuntur Sociniani, ut videre est in*  
*Catechismo Racoviensi p. 21. qvin addunt, ne quidem scrii voluisse*  
*ab Adamo immortalitatis viam p. 26. præunte Infarto Magistro,*  
*cujus in Lib. de statu primi hom. p. 11. hæc est sententia: Adamus, an-*  
*tequam peccaret, quod ad ipsum naturam attinet, erat mortalis, ut*  
*posset peccatum. Sed post peccatum non modo natura mortalis, sed et-*  
*tiam morti penitus obnoxius fuit. Conf. p. 57. & libellus ejus svasorius p.*  
*55. Miscell. p. 85. Osterodus similiter Ingit, Germ. c. 33. negat de-  
monstrari posse primum hominem conditum fuisse immortalem, item-*  
*que Schmalkz Disp. 7. cont. D. Franzium & Joh. Crellius cont. Hu.*  
*Grotium. Qvo errore & seductus Augustinus Eugubinus fuit, ut*  
in An.